

Aceretur, à vectoribus inebriatis, extremi beneficij loco imperavit, ut clauum sibi gubernandum breuissimo permitterent momento. Eo impetato, naturas remis incumbere hortatus, quum concitatissimum nauigij cursum animaduerteret, præcepit in vndas insilire, & prius quam nauis imperium suum correxisset: ad litus enatauit. Haraldum, noctu castris egressum, in amplexu pellicis interfecit: & ut iustum belli titulum haberet, Magnum protinus è cœnobio educatum regno restituit. At Hugo, Siuardus & Estenus Haraldi filij, paternum, regnum vindicare conati, aduersus Magni defensores, nauale prælium iniuerunt. Siuardus solus aliquandiu nauigium suum ab hostibus tutatus, postquam se circumuentum videt, quamquam hybernum tempus esset, armis militariibus tectus, profundo se credidit. Postea lorica cum reliqua armatura sub vndis sibi detraxit: inde etiam tunicam (qua se prodi putabat) sub aquis deposuit. Sed quam ne sic quidem latere posset, suprema etiam se veste nudauit. Mortis inde simulatione in profundo diutius immorans, insidiatoribus an viueret dubium reliquit. Sed respiracionis necessitate, cuiusdam nauigij gubernaculum apprehendit: eique aliquandiu tactus inhæsit. Frigore torpidus tandem intercipitur, & in concionem pertrahitur.

B Ad mortem raptus, oratione in Deum nunquam abstinuit, etiam quam acerrimis supplicis torqueretur. Psalterium & quicquid ex factis precibus meminisset, secum repetens, talem se gessit in tormentis, ac si vacaret deliciis. Distentus in tabulam malleis contusus fuit. *Cranzius lib. 5. Noruegiæ, cap. 8.*

OLAVS Noruegiorum rex nauali prælio victus à Suevone Davorum rege, ne viuis in hostium manus veniret, armis onustus præcipitij saltu profundum petiit. *Saxo lib. 10.*

Quum Henricus III. Rom. Imp. Petri Vngarorum regis ab Andrea excæcati mortem vltimus Pisonium obsideret, vir quidam inter Vngaros nandi peritissimus, cui Zothmundo nomen erat, intempesta nocte præfecti iussu nando clam hostium naues subit, sensim eas tenui terebro perfodit, ut secunda ac tertia hora diei imo desidere cœperint. Et hac quidem arte Alemanorum vires fractæ obsidioque soluta est. *Bonfin. lib. 2. Dec. 2.*

Cum ALFONSVS Siciliæ, & Aragonum rex Bonifaciam urbem in Corsica insula Genuensium coloniam obsidione premeret: & in primis naui vna, Caput rotundum dicta, arcis instar in nauali prælio Genuensibus plurimum negotij exhiberet: Andreas Mergius Genuensis, vinarior, Ioannis Campofulgosi ducis iussu, in medio pugna ardore, galea tectus & breui cultro accinctus, clam se in mare præcipitem dedit, & ima petens, illius naui funes anchorarios nullo negotio præcidit. Ita vasta illa moles fluitare primum, deinde proram alto vertere, postremò semel mota alias quoque naues secum trahere cepit: ut Alfonso retrocederet, & Genuenses Bonifaciam turbò ingrederentur. *Jacobus Bracellus lib. 1. belli Hispan. & Fulg. 1. 7. c. 4.*

IMPERITIA NATANDI.

C. CÆSAR Caligula, ad cætera ludicra docilis, natate necesse. *Suetonius.*
* Prodit Xenophon. in *Cyropædia*, ob natandi ignorantiam Cyri exercitui magnum illatum incommodum.
— *Videsum frangere mando*
Indutus thoraca vadum, spectacula tanta.
Ante acies virtutis erant
O deterrimus ego inquit apud *Plurarchum* Alexander, qui nate non didici, moxque raptò incumbens clypeo tranauit.
Legatur de arte natandi Mercurialis lib. 3. de art. Gymnas. cap. 14. & lib. 6. cap. 12.

D

Nati.

¶ Vide GENS. Et Locum de EXTERNIS.

* Natura.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

NATURA, Græcè φύσις, 1. φ. n. & φυσικός, 3. ο. naturalis dicitur. Est autem natura principium, & causa motus, & quietis in eo, in quo est per se, & non secundum accidens secund. *Arist. lib. 2. Phys. cap. 1.*
Natura dicitur à nascendo, secund. *B. Th. 1. part. quæst. 29. art. 12.* Ea enim facit nasci omnia.

L. B. Theatr. vita hum. Tom. V.

Naturale est, quod conuenit rei secundum substantiam eius, id est, quod per se inest ei, secund. *B. Thom. 1. 2. quæst. 10. art. 1.*
Zeno igitur naturam definit, ut eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum progredientem via. *Idem lib. 2. de Natura Deer.*

MULTIPLEX SIGNIFICATIO

Ac primum in Sacra Scriptura.

Natura primò, pro re ipsa, seu verè: *Galat. 48.* Secundo, pro sensualitate ut vocant, *2. Petr. 2. 12.* Tertio pro ea que nascendo nobis comparatur prærogatiua: *Galat. 2. 15.* Quarto pro qualitate naturaliter essentia inhærenti: *2. Pet. 1. 4.* Ibi Apostolus vocat Naturam, non ipsam vitam, sed certas qualitates, quas Dei virtus in nobis efficit, ut hæc Deus Dei imago sumus, veluti cum nos cœlesti sapientia, boni amore, vitiis odio, & veris virtutibus imbuat; ut etiam accipi sere consuevit Naturæ nomen pro Naturæ rerum dispositione & efficacia re. Sic imago illa fuit hominis, ante lapsum Naturæ: & post lapsum contra, vitiosa omnis illa totius hominis qualitas, quæ verus homo dicitur, & caro; cui opponitur quod Spiritus Dei in nobis efficit, ideoque tum nouus homo, tum Spiritus vocatur. Sumitur etiam pro corruptione per peccatum in Naturam inuicta, seu pro Natura, non qualis est ab ipso creatæ, sed ut est in Adamo corrupta: & ab eo in posterio deturata, *Roma. 1. 24. Ephes. 2. 3.* Natura impuritas. *Iob. 25. 4.*

Apud Philosophos cum Sacros, tum Profanos.
Imprimis ut habet *Hugo Victorius primo Didascalon. cap. 11.* accipitur natura pro mente diuina, rerum omnium opifice ac parente. Hanc autem Philosophi quidam boni, sed non boni Latinitatis auctores, naturam eautantem vocant: Atque ita naturæ nomen vsurpat Stoicorum acutissimus *Seneca 4. de officiis libro*, cum asserit, nihil aliud esse naturam, quam Deum: & *D. August. 15. de Trinitate cap. 1.* cum, inquit, supra hanc nostram naturam esse, naturam non creatam, sed creatricem, id est, Deum. Hinc ortum habuit diuisio naturæ in vniuersalem & particularem: vbi per vniuersalem naturam Deus potissimum designatur, qui naturas omnes ipse cohibet & continet; per particularem res cæteræ, quas etiam nonnulli naturatam vocant.

Secundò, accipitur natura pro cuiusque rei quidditate seu essentia. Quo significato docet fides, in tribus personis diuinitatis vnã esse naturam, & Verbi incarnati vnionem, non in natura, sed in persona effectam fuisse. Quo item modo dicere consueuimus, definitionem esse operationem, quæ rei substantiam declarat. Quamquam si proprie loquamur, hoc est discrimen inter essentiam, quidditatem & naturam, quod essentia importat ordinem ad esse rei, cuius est; quidditas ad definitionem, quæ quid res sit explicatur; natura ad operationem.

Tertio, pro tota vniuersitate rerum creatarum. Quo sensu scripsit *Aristoteles 12. Metaphys. cap. 7. text. 38.* naturam pendere à primo principio: sique miraculum dicimus, quod totam naturæ vim excedit.

Quarto, pro causis naturalibus, quatenus secundum instam propensionem agunt. Quo pacto accepta natura, multa obtinuit apud Philosophos encomia, exempli causâ; Naturam nihil frustra moliri; facere optimum quod potest; odisse superfluum; non denegare necessaria, non pati aliquid torpere aut ferari, abhorreere à vacuo; iustam esse & vnicuique suum distribuere, non quidem iuxta proportionem Arithmetica æqualiter, sed iuxta Geometricam, æqualiter; itemque opus naturæ esse opus intelligentiæ.

Quinto, pro nativo calore, ac cuiusque animantis temperamento, quod ex quatuor primatum qualitatibus mixtione concretum est. Vnde illud apud *Galenum in lib. artis Medicæ, cap. 77.* Natura opifex, medicus verò minister; & illud, Consuetudo est altera natura.

Denique ut reliquas eiusdem vocabuli notiones, quæ multò plures sunt, omitramus, accipitur natura pro viuientium generatione, quæ Natiuitas vocatur: atque hæc est prima & germana tam apud Latinos, quam apud Græcos, huius vocis significatio. Dicitur enim Latinis natura, quasi à nascendo: Græcis verò φύσις ἀπό φύσεως, quod est nasci. At enim, quia generatio ab interno principio oritur, deriuatum est naturæ nomen, ad significandum internum cuiusque rei principium, vnde primo vnaquæque res habet vt moueatur, siue illud rebus viuentibus, siue expertibus vitæ inest.

Z z z 3 Horat.